

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]  
Roma=||norum libellus**

**L. <Fenestrella>**

**Basileae, 1523**

De præfecto urbis. Cap. VI.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)

tamen in bellum exeuntibus album  
aut purpureum dari soleret. Quum  
autem exiret Paludatus nuncupa-  
bat prius vota diuis in capitolio,  
quo potest bellum victor ac trium-  
phas ad eosdem deos merita dona  
pop. Rom. traducebat. Illud etiam  
adiiciendum fuit iis quæ de Candi-  
*Candida* datis diximus necesse fuisse Consu-  
*ti comi* latum petentibus ut comitiis ipsi per  
*tiis in-* se interessent neque per alios peten-  
*ter sint.* di consulum facultatem haberent.  
Et hæc de Cons. dicta sufficiant.

*De præfecto urbis.*

*CAP. VI.*

**P**Ræfecti vocabulum sic latè patet  
ut per id quisquis præficitur ali-  
cui negotio significetur propterea  
præfectum urbis appellamus eum qui  
negotiis urbanis præerat: fuit autem  
primum constitutus ab Romulo  
cūm

cum ipse bellorum causa abesse ab urbe cogeretur. Ille authore Dionysio non à populo sed à solo rege cui vicariam operam præstabat legebatur. Cæteri Magistratus multitudinis arbitrio permissi sunt legendi. Fuerunt & alia præfectorum genera multa: veluti præfecti annonæ. Præfecti vigilum: Præfecti in militia: Præfecti legionum castrorum fabrorum: & denique Præfecti prætorio. Præfectus annonæ primùm constitutus est anno 18. post exactos reges Tito Geganio & P. Minutio Coss. cum maxima caritas & penuria urbe inuasisset ut ex Sicilia frumentum adueheretur. Hic magistratus non solebat nisi comeatus & annonæ causa ob egestatē & penuriam gestari: dicitur à nostris commissarius victualium. Præfectus vigilum creatus est,

*Præfectus annonæ.*

*Præfectus vigilum.*



vt præflet cohortib. ad vigilias nocturnas institutis. cū enim accidisset vt vrbis ædificia sæpe incēdio cōflagraret, vrbs in 14. regiōes diuisa est, quarū duas singulæ cohortes custodiebant, quibus cohortib. præfectus vigilū præerat, penes quē erāt scelerrū nocturnorū iudicia præsertim latrocinij & incēdij. Præfecti in militia variij fuerūt, idque pro Regis aut Imp. arbitrio à quo q̄ præficiēbātur alis vel cohortib. vel aliis partib. in exercitu, Præf. alarū Præf. cohortiū & id genus similes dicti sunt. Præfectus legionis, legati absentis vicē in exercitu gerebat de cuius legati potestate nobis erit sermocū de Procofulib. & eorum legatis disseremus. Huic Præfecto parebāt Tribuni, Cetriones, & totus denique exercitus huic etiā cura erat, armorū, equorū, vestium,

*Præfecti in militia.*

*Præfectus legionis.*

vestiū, disciplinae, iurisque militaris,  
 annonæ & similiū. Præfēt. castrorū *Præfē-*  
 is erat cui cura credebatur castra me *ctus ca-*  
 tādī, valli faciēdi, fossæ, tabernaculo *strorum*  
 rū tormētōrū bellicorū, ægrorū, me  
 dicorū, & reliquorū id genus Præfē *Præfē-*  
 ctus fabrorū artificib. præerat qui ca *ctus Fa-*  
 stra sequebātur: quales fabri lignarij *brorum;*  
 ferrarij, carpētarij, illius cura fuit fa-  
 brile operā prouocare ac præbere ca-  
 stris & vrbib. expugnādis necessariā  
 Præfētus prætorio seu prætorij di. *Præfē-*  
 ctus est à cohorte prætoria. Nā apud *ctus præ-*  
 antiquos cohors quædā erat præto- *torio.*  
 ria dicta quæ Consuli aut Prætori in  
 prouicia præsto sēper erat qualique  
 latuseius cingebat. De qua meminit  
 Ci. ad Q. fr. Asiæ Procōl. Quod autē  
 Ci. cohortē prætoriā appellat. Asco.  
 comites Cōsulares interpretat. Ve-  
 tores enim ait omnē magistratū cui  
 f. iij.



pareret exercitus Prætorē appellaue-  
 runt. Vnde prætoriū tabernaculum  
 eius & in castris porta prætoria, id  
 est, porta per quā exercitus in præliū  
 è castris educitur, nā initio Cons. di-  
 cebātur Prætores. Propterea & præ-  
 toriū & porta prætoria & præfectus  
 prætorio dictus est. cū ergo Rom.  
 Imp. ad monarchiā redactū est, Ro-  
 mani principes, Equitē vnū præto-  
 riæ cohorti præfecerūt & prætorio  
 suo, id est aulæ quē in militari nego-  
 tio sibi secundum esse voluerunt. Is  
 fuit appellatus Præfectus prætorio,  
 qualis sub Regibus, Tribunus Cele-  
 rū: sub Dictatoribus magister equi-  
 tū. Præerat autē publicæ disciplinæ  
 emendandæ à cuius sentētia fuit ali-  
 quādo prouocatio: sed vsque adeo  
 postea creuit illius authoritas prin-  
 cipū priuilegio, vt prouocare non  
 liceret.

liceret. Præfecti prætorio missi sunt  
interdum ad regendas prouincias à  
Cæsaribus quemadmodum in iure  
scriptum reperitur. l. pen. & l. ult. C.  
de off. præf. præt. vbi legitur, Præfe-  
ctus prætorio Africæ, & præfectus  
prætorio Orientis. Cæterum cùm  
hoc loco de præfecto vrbis (qui an-  
tiquissimus magistratus fuit vrbis  
institutum esse: tractare occasione  
inde nacti de aliis quoque præfecto-  
rum generibus differuimus: quibus  
addere non incommodum fuerit  
quod Festus tradidit, de præfectu-  
ris. Præfecturæ (inquit) hæ appellan-  
tur in Italia in quibus & ius diceba-  
tur & nundinæ agebâtur. Erat earū  
quædam Resp. sed magistratus suos  
non habebât propterea præfecti ad  
eas mittebantur quotannis qui ius  
dicerent. Earū duo genera fuerunt:



alterum in quas solebāt ire præfecti  
 quatuor populi suffragio creati. Hu  
 ius generis fuerūt Capua Cumæ, Ca  
 salinum, Vulturñ, Linternum, Pu  
 teoli, Aceræ, Suesulæ, Attella, Calat  
 tia. Alterum verò earū quas Prætor  
 urbanus quotannis in quæque loca  
 miserat legibus vt Fundos Formias  
 Cere Venafrum Fusillonem Reate  
 Saturnium Arpinum aliâque mul  
 ta generis eiused. Hæc Festus. nunc  
 ad Prætores transeamus.

*De pratoribus. CAP. VII.*

PRætoris nomen Liuius ait à præ  
 essendo dictum. Varro à præ  
 eundo quasi præitor, quòd in iure  
 & exercitu præiret. Cum eo conue  
 nit quod supra scriptum retulimus  
 ex legib. 12. tab. à præeundo iudicā  
 do, consulendo, Prætores, Iudices,  
 Cols.